Quelle: https://manuscripta.at/?ID=60
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



valeat consolari. Non autem indistincte omnibus ad eos acce-
dere liceat sed his dumtaxat quibus a superiore propter
intercedere non tales sint qui vel utiliter ministret vel eos studi-
ose consolentur et edificet. De infirmitate et

exequiis fratrum. Capitulum xxxvi.

Si languor infirmitatis magis magisque invaluerit
per presbyteros aqua benedicta aspersus pulsatione campane
prius oleo sancto perungatur et dominici corporis percepcione
fratribus simul ibidem astantibus muniatur. Qui et suppli-
citer pro eius liberatione in publica et privatis missis dei
exorent clemenciam. Pro custodia vero persone talis egrotantis
in nocte quatuor fratres si fieri possit secundum ordinem in loco
ipsius solum deputentur. Quod si ad occasum venit
appropinquat in loco ipso aqua benedicta et signum sancte crucis
ab ipso si fieri potest adorandum et osculandum ibidem usque
dum tenuerit afferatur. Deinde fratres assistentes circa
secundum ordinem peragant. Et si huiusmodi obierit omnes de
conventu ad funus confluentes psalmum In exitu israel usque
ad finem psalterii cum oratione soluta legant. Cetera vero
scilicet de ipsis portandis et sepeliendis et de officiis
fiendis fiant sicut in libris agendorum vel in ordine
continetur. Eodem insuper die quo persona ex aliqua nostra
congregacionem domo decesserit in capitulo eiusdem ab omnibus
si fieri potest alias infra septimum disciplina regula-
ris suscipiatur psalterium quoque in obitu fratris modo et or-
dine infrascripto a conventu persolvatur. Conventus
siquidem in tres partes segregatus cum quarum prima pla-
tus diei quo id fieri poterit prima altera die
decantet cum alia parte conventus secunda. Tercia
vero cum reliqua tercia psalterii compleat quinquagena
proviso quod totum psalterium infra septimum nisi festa
maiora interveniant persolvatur. Denique iuxta quo-
rundam locorum laudabilem consuetudinem pro tempus